JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496

Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

mode intende requirimus de vestre discretionis indu
stria in domino fiduciam obtinentes vobis quo ad ter
minationem decisionem cause huiusmodi committimus vices
nostras donec ad nos duxerimus revocandas contra
dantes vel mandantes apostolica auctoritate qua fungimur
in hac parte in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena
quam in vos tamen dictam canonica monitione premissa
in hiis scriptis ferimus si mandatis nostris immo ve
rius apostolicis non parueritis cum effectu contra [illegible] vestram
causam assumentes procedatis in ipsa prout ius
et ratio persuadebunt et iuxta tradita a sede
apostolica nobis forma datum [illegible] die tali mense huius
anno etc nostro sub appenso sigillo. Sic autem iudex
delegatus in totum committit causam et sine clausula ista
donec ad nos etc. Sic sibi reservat in totum com
mittimus vices nostras mandantes etc.

Forma citationis Subdelegati talis est

¶ Nicolaus ecclesie [illegible] canonicus iudex in causa vertente
inter talem clericum actorem parte ex una et ta
lem laicum reum parte ex altera a venerabili viro
domino N. abbate monasterii sancti [illegible]
[illegible] patri et domino in christo [illegible] domini
nostri domini Urbani divina providentia pape sexti
delegato specialiter subdelegatus discreto viro domino
rectori ecclesie talis loci salutem in domino etc ut supra
in citatione predicti litteras eiusdem domini N. abbatis
salvas sanas et integras omnique prorsus vitio
et suspicione carentes ipsius [illegible] sigillo sigillatas
nos tamen ea qua decuit reverentia recepisse.